Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



bū suū et sanauit eos: et eripuit eos de in
tericibus eorū. Confiteant dno mie eius:
et mirabilia eius filijs hoīm. Et sacrifi
cent sacrificiū laudis: et annunciet opa
eius in exultacōe. Qui descendūt mare ī
nauibus: facientes operacōes in aqis multis
Ipsi viderunt opa dni: et mirabilia
eius in profundo. Dixit et stetit spiritus
procelle: et exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsqs ad celos et descendunt
vsqs ad abyssos: aīa eorū in malis tabesce
bat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius
et omis sapiencia eorū deuorata ē. Et
clamauerunt ad dnm cū tribularent:
et de necessitatibus eorū eduxit eos. Et sta
tuit procellā eius in auram: et siluerunt
fluctus. Et letati sunt quia siluerunt:
et deduxit eos in portū voluntatis eorū.
Confiteant dno mie eius: et mirabilia
eius filijs hoīm. Et exaltent eū ī ecclia
plebis: et in cathedra seniorū laudet eū.
Posuit flumina in desertū: et exitus
aquarū in sitim. Terrā fructiferam ī
salsuginē: a malicia habitancū in ea.